



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Inertum an veteres ex taxi pellibus calceos gestarint.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

sive *taxone* sumi ostendit, illud mihi videtur quam maximè dubium, an unquam veteres ex *taxi* pellibus calceos gestarint. Calceos *taxi*, è corio molli tenero ac eleganti, in usum virginum matronarumque delicatarum paratos, censet quidem *Osiander*, id vero nullo testimonio firmat. Et sane veteres ex *taxi* pellibus calceos gestasse, aut aliquod habuisse calceamenti genus, nemo dixit. Pelle *taxonis* muniri pharetras, & equorum helcia, scuta quoque obtegi, canumque millos sive collaria confici, nonnulli scribunt. At qui dixerit olim calceos ex pelle *taxi* sive *taxonis* fuisse, nemo homo est. Quemadmodum & hodie istarum pellium in calceis conficiendis nullus est usus. Ne dicam, nihil hic fore magnificum, si *taxeis* pellibus inter alia ornamenta gentem Hebræam Deus calceasset, cum istiusmodi calceis *nelixæ* quidem & calones, libenter uterentur. Et tamen aliquod genus pretiosi calceamenti hic intelligere necesse est, quod inter tam varium & multiplicem ornatum præ-

Osiander
in Paraph: